

08
Ge

J. O. 590.

Fortunante CHRISTO!
EXERCITATIONUM ETHICARUM
Ad Lib. IV. Ethic. Nicom. Arist.

SEXTA,

De
**MANSUETUDI-
NE, & VIRTUTIBUS
HOMILETICIS RELIQUIS,**

quam,

PRÆSIDE,

Dn. FRIDERICO CAHLENO,
M.P.L.C.GymnasI Hallens.Rectore,

Præceptore suo fideli obseqvio jugi-
ter mactando,

*defendendam suscepturus est pro
virili suâ*

**C A S P A R U S Richter/
Halla - Neagoræus**

In Auditorio superiori

A.D. XIII. Februarij, A.R.O. cīc CLIX.

Prelo SALFELDIANO.

VIRIS

*Admodum Reverendo, Amplissimis,
Excellentissimis, ac Doctissimis*

Dno. CHRISTIANO VVEBERO,
SS. Theolog: D. exercitatisimo, Ec-
clesiæ Neagorææ propè Halam Pastorius
dignissimo, ita fidelissimo,

**Dno. CHRISTOPHORO
MEDICKEN,**

*Reverendissimi ac Serenissimi Prin-
cipis AUGUSTI, &c. à rationibus
per Thuringiam gravissimo,*

Ut &

Prudentissimo atq; Spectabili
Dno. GUNZELIO Rühnen/
JUDICI Apud Neagoræos prope
**Halam solertissimo & dignis-
simo,**

*Dominis Patronis, Promotoribus ac Me-
cénatibus & viternū colendis, hasce
Studiorum suorum primitias*

D.D.D.

**Casparus Richter, H.N.
Respondens.**

ΣΥΝ ΘΕΟΥ ΠΑΛΑΜΑΙ!

REdimus nunc cum DEO ad Exercitationes Ethicas nostras, à qvibus non voluntas, sed ex transverso subinde incurrens hactenq fortis sinistratio nos retraxit. Relicta verò cum manserint nobis *V.Capp.posteriora Lib.IV. Ethicor. Nicomach.* eorum tractationem hac parte laboris, adsistente divini Numinis gratiâ, supplebimus. Lustravimus verò superiori Exercitacione cum Philosopho *Virtutes extra conversationem* consideratas : nunc eæ veniunt lustrandæ, qvæ in conversatione magis cernuntur, & respiciunt tum iram, ut *Mansuetudo, cap. 5. tum*

A 2 fami-



familiaritatem, partim in seriis, ut est *Comitas*, cap. 6 & *Veracitas*, cap. 7. partim in jocosis, ut *Urbanitas*, cap. 8. ut & deniq; de Imperfecta virtute scil. *Verecundia*, cap. 9. De *Mansuetudine*, ut & reliqvarum ferè singulis Aristoteles agit tum *absolutè*, vel qvoad Definitionem nominis & rei, *Text.* 1. vel qvoad actiones, *T. 2.* tum *respective*, partim qvoad *extrema* s. vitia, considerata vel *in se*, qvatenus pugnant in *defectu*, *T. 3.* vel in *excessu*, *T. 4.* partim qvoad *species*, qvæ vel compositæ sunt, vel simplices, *T. 5.* vel *Comparatè respectu medij T 6. Capit. V.* Singulorum textuum thesin cū sua categōrijs jam methodo consuetâ ponemus. *EX CAP. V.*

DE MANSUETUDINE.

THESIS I.

MANSUETUDO est virtus mediocritatem servans circa iram.

enjoris.

Εὐθεσίς.

Quoad nominis definitionem, quæ præmit-
tenda defin. rei, dicitur *mansuetus*, quasi *ma-
nusuetus*, & *mansuetudo*, quasi *manu* (facta)
assuetudo, juxta Origg. Scriptores. Metapho-
râ ductâ à bestiis, quæ manibus demulceri ac
cicurari possunt ad deponendam iram &
feritatem : adeoq; quoad proprietatem signi-
ficationis magis declinat ad defectum quen-
dam, qvâm ad medium. *Quoad Homony-
miam* : sumitur vox tripliciter : 1. *generalis-
simè*, pro *cicuri* & *placido*, prout homini &
brutis est *commune*. 2 *generaliter*, *pro leni*
& *miti animo*, non habito respectu ad certas
circumstantias. 3. *specialiter*, *pro habitu vir-
tuoso*, iræ moderante. *Synonymiam* : Apud
Græcos est ἀνώνυμος hæc virtus, teste h.l. A-
ristotele, qui vocabulum πραότης usurpat.
Latinis dicitur *Facilitas*, *placabilitas*, *Clemen-
tia* &c. quatinvis inter hæc quædam possit
assignari differentia, prout annotant hic in-
terpretes *Thom. Aq. 2. 2. q. 57.* & alij. *Defini-
tiorei* est in thesi. πραότης δέ μι σόμης τελί τὰς
οργὰς. Genus est : *Virtus moralis* : quia
circa objectum, h.e. animi affectum intra-

A 3

medi-

mediocritatis & rectæ rationis terminos
continendum occupatur, quod est certum
virtutis indicium. 2. quia ira est animi per-
turbatio, quæ per actiones in moribus ho-
minum se solet exserere. *Differentia* peti-
tur ab Objecto.

THES. II.

Obiectum Mansuetudinis inter-
num, est ira : externum sunt
omnia, quæ illam possunt concitare.

Εὐθεσίς.

Mansuetudinis objectum internum esse
iram constat ; 1. quia Affectus in genere in
Ethica non aliter considerantur, qvām prout
sunt objecta virtutum moralium. 2. quia
hæc virtus iræ moderandæ leges prescribit.
3. qvia ejus extrema versantur circa iram. E,
& medium.

Externum verò sunt omnia ea, quæ iram,
& indignationem in animo concitare possunt, ut
injuriæ, damna, calumniæ, injustus contem-
tus, offensiones, & quicquid famam aut for-
tunas nostras, nostrorumq; potest lædere;
præcipue tamen nostri nostrorumve contemn.

Unde

Unde Aristot. lib. 2. Rhet. c. 2. hanc iræ causam, tanquam præcipuam allegat, dum sic definit: ὁργὴ δὲν ὄρεξις μὲν λύπης πυωρίας, οὐδὲ Φαινομένων ὀλιγωρίας τῶν εἰς αὐτὰν, οὐδὲ πυὰ μηδεσοκόντως, i.e. uti Vossius interpretatur: est cupiditas vindictæ ob non convenientem nostri nostrorumve contemptum.

Qui contemnitus in Rheticis d. l. triplex designatur à Philosopho; 1. καταφρόνησις despectus: 2. λέπηρεασμὸς, incommodatio, & 3. ὕβρις, contumelia. Vid. Instit. Voss. Rhet. l. 2. c. 2. §. 4. p. 211.

THES. III.

Extratum Mansuetudinis in excessu est ὁργιλότης seu iracundia: in defectu, ἀοργησία iræ vacuitas, sive lenitudo.

Ἐνθεσίς.

Iracundia igitur est vitium morale, modum excedens in irascendo. Hoc est, cum non irascimur, quibus oportet, & quando oportet, & ob quas causas oportet, & velocius aut diutius, quam oportet. Ira ab iracundiâ differt, ut affectus in se indifferens à vitiioso habitu.

bitu. Hujusverò tres enumerantur species:
 1. ἀκροχολία, *Excandescens*, quâ homines
 qvidam levi de causâ facilimè effervescent,
 facile tamen iterum sedantur: & dicuntur
 ACUTI. 2. πυρότης, *Amarulentia*, quâ
 homines non quidem facile irascuntur, iram
 tamen sene conceptam diu retinent, nec
 absq; ultione facile deponunt: tales dicun-
 tur AMARI. 3. χαλεπότης, *Sævitia seu asper-
 ritas*, quâ quis nitemur iræ furori indulget,
 ita ut sine vindicta placari penitus non pos-
 sit: tales dicuntur SÆVI AC CRUDE-
 LES. Extremum in defectu peccans est ἀογ-
 γνοία, iræ vacutas, aut lentitudo, cùm quis in
 irascendo deficiens non irascitur quibus, quan-
 do, & quomodo oportet. Tali vitio præditi
 sunt 1. *stolidi*, qui ceu Marpesia cautes, non
 sentiunt illatas injurias, aut vitiis aliorum
 non succensent. 2. *serviles*, qui existimatio-
 nis suæ nullam rationem habent, neq; discri-
 men inter honestum & turpe observant.
 3. *molles & effeminati*, qui rebus arduis susci-
 piendis & peragendis minus idonei. Ma-
 gis tamen repugnat medio iracundia, quâm
 lentitudo: 1. quia frequentius per illam
 pcc-

peccant homines. 2. quia minus est idonea ad societatem civilem.

THES. IV.

Ne commes decet promiscuè irasci,
nec semper, nec omnibus.

ἐκθεσις.

In actionibus hujus virtutis probè sunt considerandæ circumstantiæ tum personarum, tum causarum. *Alia* quippe *ira ex officiis, alia vitij* : alia licita & mandata, alia illicita & prohibita : alia judiciaria, alia temeraria. *Irasci autem possunt & debent* 1. *Ministri verbi & Doctores Scholici* peccatis & vitiis auditorum: Verùm non ex affectu, aut modum excedendo, neq; gradus negligendo. 2. *Magistratus publici*, in puniendis debito modo subditorum sceleribus & flagitijs. 4. *Prudentes ac virtuosi*, & qui ipsi à vitio, cui irascuntur, sunt immunes: servatâ tamen mediocritate & æquitate. Ita quibusvis etiam promiscuè irasci nefas habendum. *Neḡ enim licet irasci* 1. *DEO Opt.* Max. 2. *Magistrati & superioribus, paren-*

-109-
15 tibus,

184

tibus, Praeceptoribus, Dominis, &c. Amicis & equalibus. 4. Benè de nobis promeritis. 5. invitè & per imprudentiam lapsis. 6. Seriò culpam deprecantibus. 7. scurris. Econtra tamē irasci licet 1. impiis. 2. hostibus publicis & privatis. 3. improbis & sceleratis. 4. calumniatoribus. 5. contemtoribus. Observatis tamen regulis in verbo DEI, & rectâ ratione ac Ethicorum scholis præscriptis.

DE VIRTUTIBUS HOMILETICIS.

ET

IN SPECIE EX CAP. VI.

DE COMITATE.

THES. V.

VIRTUTES HOMILETICÆ sunt tres: *Comitas, Veracitas, & Urbanitas.*

εὐθεσίς.

Seqvuntur nunc Virtutes ὀμιλητικæ, speciatim sic dictæ, quæ in conversatione ac con-

conventib⁹ hominum locum habent, eosq; in decenti ac laudabili convictu recte disponunt. Non quasi reliquæ virtutes ab omni conversatione penitus debeant exulare, si quidem & singulæ illarum politicos conversationis actus dirigunt, & intra mediocritatis limites custodiunt ; Sed quia harum usus in quotidiano hominum commercio atq; convictu frequentior est, & magis necessarius, unde & *Philosophus cap. 3. Eth. supra* nominavit τρεῖς ἐν βίῳ μεσότητας, h. e. tres in conversatione mediocritates, & hoc lib. 4; vocat ἀρετὰς ἐν τῷ οὐρανῷ, virtutes in convictu positas. Est autem *conversatio* vel *seria*, vel *jocosa*. In seriâ spectantur vel *persona*, & hinc est *comitas* : vel *res*, & est *Vera-
citas* : Circa jocosam est *Urbanitas*. Desin-
gulis juxta dictum Philosophi seorsim.

THES. VI.

CO MITAS est *virtus moralis*,
docens in conversatione seriâ, ea
*qua oportet, & sicut oportet vel appro-
bare, vel improbare.*

exgesio

ENDEGENS.

Vel brevius : *Comitas est virtus moralis, servans mediocritatem circa conuersationem seriā. Dicitur ab adiectivo comis, feundlich/leūtselig. Apud Græcos, ut hanc virtutem proprio nomine carere dicit hic Aristoteles, qui illam vocat φιλια; quod amicitiam notat. videlicet metonymice, quia ad amicitiam contrahendā multūm conducit. licet hæc ab illâ multis modis differat. Homonymia: Sumitur vel physice, pro innatâ quadam proximitate ad humanitatem in converſando. 2. Ethice, pro habitu acquisito in conversatione seriā, circa actiones honestas & jucundas decenter occupato, qualem D. Paulus commendat Coloss. IV. c. Synonym: Latini varijs eam appellant nominibus, quæ tamen minus æquè latè patere videntur. Dicitur enim *Humanitas*, quæ tamen & alijs hahitibus tribuitur. *Affabilitas*, quæ vox passivè potius, quam activè usurpari solet. Item *Facilitas* &c. Græcis dicitur εὐεγένεια, Plutarcho in Anton. εὐνοία, alijs σεμνότης, &c. Est autem *Comitas virtus*, quia habet extrema virtu perio digna, prout mox probabitur. 2. quia prin-*

principia & affectiones virtutis moralis ipsi
conveniunt. *Actus ejus duo sunt præcipue,*
admittere vel probare decentia : & impro-
bare contraria. Efficax est philtrum hæc
virtus ad conciliandos nobis hominum ani-
mos.

THES. VII.

Objetum comitatis internum est
voluptas & dolor, seu molestia:
externum, sermones & actiones in-
convictu delectantes.

ἐκθεσις.

Sicuti *Forma* hujus virtutis consistit in
mediocritatis à rectâ ratione & honestate
profectæ observatione & prudenti persona-
rum rerumq; consideratione & applicatio-
ne ; Ita *Materia* sive Objectum internum,
ejus est dolor & voluptas , orta ex pla-
cendo vel displicendo in seriâ conversatio-
ne. Nam qui aliorum dictis & factis assur-
git & blanditur , ille placet , & ipsum quasi
voluprate afficit : qui verò contrariatur &
impro-

improbat, displicet & molestus est. Ergo
hac virtute servandum erit utriq; actus me-
dium. *Externum* verò *objectum* sunt *dicta*
& *facta*, quibus humanitatem nostram alijs
declarare possumus, ut ne ipsis molesti si-
mus, neq; tamen nimis etiam blandiamur.

THES. II X.

Exrema comitatis sunt *in excessu*
Complacentia, aρεσκεια: indefectu,
morositas, gr. δυσκολία.

εὐθεσία.

Complacentia est vitium quo quis omnia alio-
rum dicta factaq; sive honesta sive in honesta,
promiscue approbat. Hoc qvi laborant in-
duplici sunt differentia, alijs omnia indiffe-
renter probant, *complacendi studio*, & dicuntur
ASSENTATORES; alijs probant omnia lucri
consequēdi causā, & dicuntur **ADULATORES**;
pessimum & vitæ humanæ nocentissimum
genus hominum utrumq;. *Morositas* verò est
vitium in defectu peccans contra Comitatem,
quo quis nemini obsequitur, sed omnibus con-
tra-

tradicit : tales sunt *Ligitiosi* & pugnaces.
Vid. Heiderus in Ethic. Et exempla apud *Ca-*
mer. sect. 3. hor. succis. cap. 6. aliosq.

THES. IX.

Notæ viri comis & affabilis sunt
 certæ.

ex fœcis.

1. Consuetudinem , qualem decet & fas est, cum singulis contrahit. 2. Honestæ voluptatis causâ non nisi honesta agit, & in congressibus approbat. 3. Non affert voluptates cum turpidine & damno conjunctas , etiamsi amicus sit offendendus, 4. Nulli difficilem sui aditum præbet. 5. Diversimodè cum superioribus & inferioribus, notis & ignotis versatur. 6. singulis honorem tribuit convenientem, ut delectet, & vitet offensam.

THES. X.

D E V E R A C I T A T E,
C A P . V I I .

VE-

VERACITAS est virtus moralis, servans mediocritatem circa verum in conversatione sine additione vel detractione cuilibet perhibendum.

en Geor.

Est hæc altera virtus in *seriis* occupata, & potissimum *circares*, sicut præcedens maximè circa *personas* versabatur. Est & hæc Græcis propriè *ἀνώνυμος*, teste *Philosopho init. cap. 7.* vulgò tamen solet appellari *ἀνήθεια*, ab à *σερπητικῷ*, & *ἀγνῆ* oblivio, quod est à *λαργάρῳ* occulto, eò quod verax nihil occultet, aut obliviscatur temerè aut datâ operâ. Latinis dicitur *Veracitas*, ab abstrato *verax*, quod est à *verò*. Alij, uti *Donalds. l. 3. Eth. cap. II.* à *Vere* derivant: Sed nimis remotâ originatione. Alij à *VE*, particula vehementiam notante, & *RES*, quid veritas non sit inanis verborum strepitus, sed res ipsissima. *Homonym.* Consideratur verò nobis hic veritas non *Theologica*, sed *Philosophica*, & quidem non *Metaphysica* seu Transscen-

secundentalis , quæ est unita Entis affectio;
 neq; Logica seu instrumentalis, tum comple-
 xæ, tum incomplexa quæ alijs veritas in actu
 directivo dici solet: sed Ethica, seu Moralis,
 cuius triplex occurrat acceptio. 1. *impropriè*,
 pro veritate in pactis & conventis præstanda,
 & ad justitiam pertinet. 2. *abusivè*, cum
 quis non honestatis & virtutis amore, sed ob
 alias causas, lucrum scil. præmium, hono-
 rem, favorem, & similia, veritatem dicit.
 3. *propriè*, pro habitu Virtutis, quo ex animi
 sententiâ, uti res habet, loquimur & agimus.
 Et sic modò strictius sumitur ratione subjecti,
 seu personæ , cui inest, adeoq; sermonem
 tantum includit : modò latius, ratione obje-
 cti seu materiæ , in quâ occupatur , & sic
 omnem vitæ actionem respicit. *Synonym.*
Latinus dicitur *sinceritas, candor, integritas, ve-*
ritiloquium, &c. *Veritas* quoq; : Sed hæc
 non unum idemq; est cum *veracitate* : Hæc
 enim folius Ethicæ est, illa etiam ad alias di-
 sciplinas pertinet, uti modò attigimus. Vir-
 tus verò est, ob easdem causas, quas circa Co-
 mitatem allegavimus. Differentia petitur
 ab objecto, & Extremis.

B

Obje-

Obje^ctum veracitatis internum sunt affectus; extēnum, signa, quibus vera animi sensa alteri declaramus.

ex^{eg}esis.

Moderatur enim Veracitas affectum in conversatione seriâ; quippe quæ non tamoris, quam cordis sibi postulat commercium, & utriusq; harmoniam. Externum verò objectum est τὸ ἀληθὲς, seu verum, scil. ratione nostri, & in communicando consideratum. *Vid. Gol. l. 4. c. 7. q. 2.* Nempe **veritas non conceptuum**, quæ in intellectu, sed **morum**, quæ in communicatione sermonis, actionum, aut gestuum sese exserit, hîc intelligitur, non tamen **exclusâ penitus priore illâ**. Veracitatis siquidem est, sermonem cum intellectu, & hunc cum rebus conforme, & per signa externa, sive sint verba, sive literæ, sive gestus sive actiones, aliis sensa animi declarare. Verba autem sunt signa conceptuum, Arist. c. l. μετέγεντο. Fieri namq;

namq; potest, circa objectum veracitatis, ut
quis conformet sermonem cum intellectu,
& tamen mentiatur, v. g. si quis seriò dicat
ex falsâ Pontificiorum hypothesi: purgato-
riū esse. Et econtra potest aliquis verum
dicere Logicè, & tamen mentiri Ethicè, v. g.
si quis dicat, Angelos esse, nec tamen cum
Sadducæis hoc ipsum verè credat.

THES. XII.

Extrēma veracitatis in excessu sunt
arrogantia, ἀλαζονεία; in defectu
Dis simulatio, εἰρωνεία.

Ἐπιθετικός.

Arrogantia est vitium morale, quod in ex-
cessu peccat circa verum. sive: est simulatio
falsa, qua ea quis sibi tribuit, quae non habet, aut
majora, quam habet. Peccat igitur arrogans
vel circa ipsam rem, tribuendo sibi id, quod
non habet, v. g. si se solum sapere dicat, &
omnium rerum scientiam habere, aut Al-
mansorem esse; si quis se jactet alibi nobi-
lem, cùm domi sit rustici filius. Vel circa

B 2

quan-

194

quantitatem, dum sibi quis majora tribuit, quām habet: v. g. si quis artis medendi pa-
rum gnarus, glorietur se esse Aesculapium: aut rei didacticæ exiguā præditus peritiā, ja-
Etet, se solum omnem tenere iūmēdōr, &c.
Dis simulatio est vitium morale, quod in defectu
peccat contra verum. Vel: est falsa significa-
tio, quā vel negamus ea, quæ habemus, vel ea
minuimus. *Disimulator & ipse peccat du-*
pliciter, vel circa rem, dum dissimulat id sibi
inesser, quod inest: vel circa quantitatem, dum
pauciora sibi inesse dicit, quām insunt. Itaq;
in arrogantiā est mendax affirmatio; in dis-
simulatione mendax negatio. Illa tamen,
magis pugnat cum medio, quām hæc.

THES. XIII.

Veracitati ingenere opponitur
Mendacium.

enjēos.

Quia uterq; & arrogans & dissimulator
mentiuntur, tribuendo sibi ea, quæ non sunt,
aut majora, quām sunt: vel detrahendo sibi
ea quæ sunt, aut ea minora fingendo, quām
sunt.

sunt. *Et auctem mendacium*, definiente B. Augustino lib. contra Mendac. ad Consent. c. 12, *falsa vocis significatio, cum intentione fallendi.* Ubi duo exprimuntur *requisita mendacij*: 1. *falsa vocis significatio*, i. e. cuiusvis signi repræsentantis. 2. *intentio fallendi*, i. e. *false dicendi*. Hinc *aliud est falsum dicere*, *aliud mentiri*, aliud deniq; *mendacium dicere*. Potest aliquis verissima dicendo nihilominus turpiter *mentiri*, & vicissim falsissima proferendo *mentiri minimè*. Si nitirum ea, quæ quis profert, in se sint vera, ipse tamen non credat esse vera, sed ut *falsa* proferat. Aut si contra *falsa* quidem proferat, habeat tamen in animo suo illa *pro veris*: non enim tunc contra *mentem* loquitur, neq; *mentitur*. Constituitur alias in Gloss. Ordin. super Ps. 5. *Mendacium triplex*, 1. *jocosum*, cùm quis per jocum seu delectandi causâ aliter rem profert, ac se habet. 2. *officium*, cùm quis aliter loquitur ac sentit ob alterius commodum ac salutem. 3. *Perniciosum*, cùm quis aliter rem profert ac se habet, aliis nocendi causâ. Priora duo genera non nisi *æquivocè* sunt dicenda mendacia.

B 3

Vid.

196

Vid. Flac. part. I. Clavis p. 638. Bald. cas. consc.
l. 4. c. 17. cas. ult. Ravanell. Biblioth. sacr. part.
2 p. 51.

THES. XIV.

Notæ & Requisita viri veracis no-
tanda :

ἐνθεσίς.

1. Ut sit vir bonus & justus , solius verita-
ris & virtutis amore rem prout se habet, nu-
dè & sine fictione perhibens. 2. Sibi semper
similis in dictis & factis , nihil in alterius gra-
tiam fingens aut simulans. 3. non jactabun-
dus, magisq; propensus ad sua extenuanda,
quam amplificanda.

THES. XV.

DE URBANTITATE
ex CAP. IX.

Datur virtus, quæ vocatur Urba-
nitas.

ἐνθεσίς.

Qui a recreatio necessaria animi, quæ fit
ho-

honesto ludo & joco, tanquam pars vitæ humanae, hac, & non aliâ virtute est gubernanda. 2. quia non possumus cum omnibus similiter & seriò semper conversari. E. observanda mediocritas personæ, quam docet hæc virtus. 3. quia in ludis & jocis datur excessus & defectus. E. etiam medium, quod est in hac virtute. Essentia ejus patescit ex definitione.

THES. XVI.

URBANITAS est *virtus moralis, servans mediocritatem circa ludos & jocos.*

Expositus.

Hactenus virtutes in *conversatione seriæ* versantes fuerunt. Videlicet nunc ea, quæ in *jocos* cernit, & dicitur *Urbanitas*. Dicitur hæc ab *Urbani*, qui ab *Urbe* denominantur, quia plus in urbe, quam in pagis exercetur, ubi mores sunt rustici & insuaves. In urbe quoq; magis jucunda est *conversatio*, in pago magis utilis. *Homonym*. Non autem sumitur

mitur definitum hic i. *grammaticè*, & propriè, pro rebus urbanis in urbe ocurrentibus: neq; 2. *physicè*, pro venustate morum à naturâ insitâ: . Sed 3. *Ethicè & specificè*, pro habitu morali, qui in ludis & jocis mediocritatem observat. *Synonymia*: Græcis dicitur εὐτραπέλια ab ἐν & τρέπω, verto, quod urbanus, sermones & mores suos facitè possit flectere ad placitum aliorum, Et *iutpotia*, bona morum conversio. Latinis, *Festivitas*, *Comitas*, &c.

THES. XVII.

Objectum urbanitatis *internum*, est cupiditas jocandi & ludendi; *Externum*, omnia jocosa, verbis vel gestibus honestè prolata.

Εὐθεσίς.

Virtus est urbanitas, adeoq; animi bonum, E. habebit quoq; *objectum internum*, scil. *affectionem* aliquem, ut reliquæ omnes virtutes. *Externum* verò *objectum* sunt *omnia jocosa*.

jocosa, animi aut temporis jucundè fallendi gratiâ, verbis vel factis, ludis comicis, aut ludicris exercitiis suscepta. Quia enim jocis sæpè in conversatione opus est, ut illi per virtutem aliquam Homilencam moderentur, necesse est. *Habita scil. ratione 1. honestatis.*
2. Modi. 3. Personarum, 4. Temporis & loci.

THES. XIIIX.

Exrema urbanitatis sunt in Excessu scurrilitas, Ρωμολογία; in defecitu, rusticitas, αγρονία.

Ἐκδεσις.

Scurrilitas est vitium morale, quo quis jocandi modum excedit. Scil. non habita ratione honestatis, decori, personarum aut aliarum circumstantiarum. Hoc vitio laborantes dicuntur, *Scurræ*, homines impuri, Germ. *Stocknarren / Possenreisser /* &c. qui ex impiro & fætido ore jocos suos scurriles evomunt, & veluti stercore aliorum existimationem turpibus suis convitiis inquinare sat-agunt. Cicero lib. 2, de orat. vocat Dicacitatem.

B s

Rufio

Rusticitas est vitium morale in defectu peccans circa ludos & jocos. Scil. cum quis nec ipse met decenter jocari, neq; aliorum jocos honestos & quo animo audire potest. Truncis & stipitibus similes sedent tales σκυθρωποὶ in conversatione, muti potius pisces, aut æruginosi Catones, quam humani & faciles inter alios. Vid. Steph. Guazzus de Civil.conversat. Galateus de morib.

THES. XIX.

*De
VERECUNDIA
virtute imperfecta CAP. IX.*

LIB. IV.

VERECUNDIA non est vir-
lus.

ἐγέρσις.

Etsi habeat cognationem aliquam cum virtute, adeò ut ubi hæc non est, etiam virtus locum non habeat : propriè tamen virtus non est, i. quia est affectus animi, ne cnpè Φό-

λο

Contra cōdōξias, metus quidam infamiæ, *Arist. lib 2. Rhetor.* 2. quia corpus etiam afficit, eliciendo ruborem faciei. 3. non cui libet ætati convenit, sed juvenili potissimum. 4. etiam malas actiones comitatur, quales non sunt in virtute.

THES. XX.

Verecundia habet sua opposita sive extrema, unum in excessu, quod animi stupor seu consternatio, ή κατάπληξις; alterū in defectu, quod Impudētia, αὐαρχυντία dicitur.

Ενθεσίς.

Illa est nimius pudor, quo nonnullos puden-
tia quoq; que honesta sunt & laudabilia, agere;
vocatur etiam συωπία: Hæc est quā nullum
debet aut infamiam metuimus in sceleribus
vel peccatis perpetrandis: & hæc verecundiæ
magis repugnat, quam illa. Est enim ho-
minis desperabundi, temerarii, degeneris,
malitiosi, & in omnem turpitudinem ac α-
σωπίαν soluti. Eum namq; Comicus valde
perig

periisse putat , cui quidem periit pudor.
Plaut. Bacchid. act. 3. sc. 3.

CONSECTARIA.

Ex Virtutibus superioribus.

I. **V**indicta publica non est prohibita;
sed nec omnis privata.

De publicā, quae fit per Magistratum se-
cundum prescriptas leges, nullum est dubium.
De privatā verò dubitatur, quam divina & hu-
manæ leges improbant. Datur tamen species
quædam vindictæ private, quæ de jure natura-
li & civili est licita, si nobis scil. manifesta &
improvisa vii inferatur, cui nisi resistamus, vi-
ta sit amittenda. Quam naturalem defensio-
nem, sive uti j. Cti vocant, Moderamen incul-
patæ tutelæ, si conditiones illæ adsint, quas L.L.
requirunt: 1. ut in instanti fiat. 2. animo resi-
stendi ac se defendendi. 3. paribus armis, &c.
non improbant Theologi & j. Cti. Vid. Chemnit.
L. cap. part. 2. p. 357. Schneidevvin. ad t. 2. l.
1. de l. N. p. 14. IC. in l. scientiam. + 5. §. qui
cùm aliter. ss. ad l. Aquil.

II. Nec

II. **N**ec frequenter, nec diu, nec
quavis de causâ irascendum
est.

Ira enim est vitium muliebre & puerile teste
Seneca lib. I. de irâ. c. 16. & viris prudentibus
convenire sapius nequit. E. in herbâ suffocan-
dus est hic iræ impetus, nec frena ipsi laxanda,
præsertim cum sit furor brevis, hominem velut
insanum reddens & multa designare cogens,
quorum postea ipsum pænitentia. Præbeamus
nos igitur faciles in ignoscendo, & veniam
quam à DEO, & iis, quos offendimus, nobis
pollicemur, etiam demus aliis. Nam juxta Clau-
dianum:

cùm vincamur ab omni
Munere, sola DEos æquat clementia nobis.

Neḡ citò effervescendum quamvis levem
obcausam, aut non satis cognitam, sed mora
aliqua interjicienda: neḡ in consultationibus
seriis, aut conventibus latioribus per iracundi-
am turbanda latitia: Sed per humanitatem
& comitatem dissimulando potius injuria,
quam vindicanda.

III Hs-

dor.

ita;

n se-
um.

hu-

ecies

ura-

a &
vi-

nsio-

ncul-

L. L.

resi-

&c.

nnit.

• 21.

qui

Nec



III. **H**umanitatis & comitatis est externum aliis, praesertim dignis, honorem, caput aperiendo, salutando exhibere.

Non moramur moros & morosos quosdam, aut superciliosos Suffenos, veletiam Anabaptistarum ineptias: cum vel ex sacris constet, et iam civiliter adoratos fuisse superiores: & moris fuisse apud iudeos ac orientales aliosq; populos, vel osculo civilitatem suam ostendere: Interest quoq; virtutis, ne honore digni hoc suo premio externo priventur. Vid. Guazzus de Civil. convers. Sagittar. in Disp. de Civil. conversat.

IV. **N**on omne verum semper est dicendum.

Est enim vel fructuosum si dicatur, vel perniciosum. Illud nunquam reticendum; hoc nunquam proferendum; nisi DEI gloria & salus publica aliud suadeat. Sic obsteirices Aegyptiaca veritatem recte reticebant, Exod. l. 19. Neg, dicebat illam Rahab, abscondens exploratores,

sores, Jos. II, 17. Neq; David amentiam si-
mulans perhibuit veritatem, I. Sam. 21. v. 13.
Dicenda igitur sunt pia, honesta, utilia, non
dicenda impia, turpia, perniciosa. & sub silen-
tii fide concredita, neq; etiam Principum se-
creta. Salvâ tamen jam adductâ exceptione
divinæ gloria, & salutis publicæ. Neq; enim re-
ticenda veritas est 1. tempore confessionis,
(modò illa non sit intempestiva aut temeraria)
2. in honestis contractibus. 3. in civili con-
versatione privatâ, nisi prudens ac salutaris
circumstantiarum ratio aliud imperet.

V. Potest interdum vir bonus dis-
imulatione prudenter uti.

Fluit hoc consecrarium ex priori. Certum est;
non omnem Simulationem aut Dissimulatio-
nem esse prohibitam. Quid enim aliud est
mendacium officiosum, quam temperamentum
quoddam veritatis, ut monente Salvatore, Matt.
10, 16. prudentes simus sicut serpentes, & sim-
plices sic ut columbae. Licere igitur dicimus cum
optimis Theologis & Ecclis dissimulatione uti,
modò non fiat. 1. animo fraudulentio & hypo-
critico. 2. mala appetobante. 3. lucri aut ho-
noris

est
di-
elu-

m-
pti-
et-
mo-
po-
ere:
suo
de
vil.

di-

per-
hoc
a &
Æ-
l. 19.
ora-
ores,



noris appetente. **A**. charitatis, & salutis propriæ obliviousente. Vid. Bald. Cas. Consc. lib. 4. c. 17. p. 1280. **Congressus** verò subdolorum & simulatorum vitandi & detestandi. Exempla vide ap. Freinsheim. Super Flor. l. 2. cap. 2. Justin. l. 3. 8. & alios.

VI. V Iris doctis & gravibus jocari licitum est.

Negavit hoc quondam Johannes Sarensberiensis lib. 5. de nugis Curial. cap. 6. **Viro, inquiens**, gravi turpisimum est, si nūgis & fabulis jugiter se immisceat, & inter congarientes per strepat. **Unde hanc ignorabilis Philosophus** quidam, cuidam interroganti, num propter ignorantiam taceret? respondisse legitur: Ignorantium proprium est. tacere non posse. **V**erum distinguimus hic cum Tullio lib. 2. offic. inter genus jocandi liberale, & illiberale ac flagitiosum. **I**llud doctis licitum esse, hoc non item dicimus: prout testantur Comœdia & Apologi à doctis scripti. Alias non bene convenient scurrilitas & prudens eruditio. vel erudita gravitas. **L**iberales tamen jocos

atior

jocos virum doctum non dedecere, non tantum. quatenus homo sed etiam quantum doctus est, vel in hac colligitur, quia humanitatis & urbanitatis non debet experse esse, & quod majoriter pluribus quod occupari & delassari negotiis solet atque laboribus, eorum majori & frequentiori opus habet levamine, & mentis oblectatione. Vid. Cicer. lib. i. Offic. & Alsted. Encycl. l. XXXI. reg. 3.

VII. **L**udi scenici in Republ. non solum ferendi, sed in illis etiam juventus scholastica exercenda.

Suffraganeos habemus bac in parte gravissimos Theologos & Politicos, qui cum nil alioquin largiantur facile juventuti, unde morum contrahere aliquod possit deliquium ; tamen in hoc exercitorum genere satis sunt indulgentes. Scil. si de rebus sacris aut profanis pli, honestis, & utilibus, ad morum rectitudinem facientibus instituantur. Dic enim non potest, quanto per haec exercitia comica profint. 1. ad parandam rerum & verborum selectorum copiam : 2. ad Memoriae promptitudinem. 3. animi presentiam. 4. corporis & gestuum aptam compo-

C

posse

pro-
nsc.
dolo-
Ex-
cap.

ari

res-

. 6.

nu-

nter-

no-

nti,

re-

cul-

ale,

s li-

an-

lias

rus-

nen-

cos



positionem. 5. judicium de rebus augendum
Vid. Bald. Caf. Confc. l. 4. c. 1. p. 853.

IIX. **A**amicus fucatus & simulatus
plus nocet, quam manifestus
hostis.

Hic enim caveri potest: ille minus provide
semper cavitur. Nam subdole agit omnia
& ex insidiis, dumq; videtur ungere, pungit
maxime, & ut Crocodilus lacrimando, aut ut
Hyena ridendo perdit. Tales ex Hesiodi men-
te, ut Erebi claustra, fugiendi.

Hinc fugite, ô pueri! latet anguis in herbâ.

Veruntamen nulla capitalior est injustitia,
quam eorum, qui dum maxime fallunt, hoc ta-
men agunt, ut boni viri videantur. Cic. lib. I.
Offic. Inde Diogenes melius esse dicebat in cor-
ros, quam adulatores (quales sunt amici ficti)
incidere. Sed personati illi amici, licet ad tem-
pus viris bonus imponant, veritas tamen tandem
patescit, justumq; incurruunt apud omnes bonos
diuum Vid. Axiom. Polit. Richteri, 128. p. 296.
& Axiom. 195. p. 733. Francisc. Patrit. lib. 2.

de

dere regno, tit. i. p. 82. *Quam noxia sit simula-
lata Amicitia, vel funestus exitus Datamis à
Mithridate dolosè & sub specie amici collo-
quii imperfecti, testatur: referente Cornel. Nep.
Tit. 1. cap. ii. edit. Bœcler. alia plurima
dies loquitur, prob dolor! exempla. Ergo*

Fide! sed cui, vide.

παράδοξα corām discutienda:

*IX. Potest aliquis mendacium dicere, ut
tamen non mentiatur:*

Et contra:

*X. Potest quis mentiri, ut tamen vera
loquatur.*

Sed

*XI. Vera logui, & mendacium dicere,
quis simul non potest:*

TANTUM!

AD RESPONDENTEM INGE-
NUUM, & doctrinæ cupidum.

*V*ir bon⁹ & Verax, mansuet⁹ & immemor re
Ni fuerit, Jūdex non erit ille bonus

C. Quis-

Quisquis & affe& utrahicur; suasore maligio,
Is rarò verum, tasq; piu m q; videt.

Ne fiat, docet hoc quemvis Homiletica virtus.

Quam promit sci: is Ethica culta suis.

Candorem suadens, (quæ res propè mortua
nostro

Tempore,) sectari nil nisi vera jubez.

Ergò bonus iudex, si quis me judice certet,

Nec civis fuerit, qui male curat idem.

Ut sias quondam iudex, RICHTERE, decorus,

His animum scitis instruis, artis ope.

Primitias laudo! quas messis grata sequetur,

Si virtus curæ post erit illa tibi.

cum divina benedictionis voto
subiiciebam

PRÆSES.

: □ ה ש

Sgleich das Norden - Kind der strenge
Blumen Hender
Des Sommers Misgeburt/ der Gärten
saurer Kräncker/
Der Auen härber Todt/durch kaltgeschärftelust
Speit weichen Schnee hin auf der Erden todte
Gruß.

Doch

Doch achstus nicht/wie zeigt dein eisernes beginnen
Du werder Musen Sohn / daß Feur der flu-
gen Sinnen

Reist dich zum Regiment wo Sanftmuth
ihren Rath

Wo Warheit/Höflichkeit dort ihren Richtor
stuel hat.

Dis weist der Sache - zahl : den wie die Rechte
Lehren *

Daf sich ein Richter soll mit Tugendē vermehren
So von mir angeführt : So ist dein edler Geist
Ibt in der Blüthen bald zur Tugend hingereist/
Daf dich die Pallas einst möcht ihren Richter
grüssen !

Und dir die Themis selbst hinlege zu den Füssen
Des Richters ädle Zier ! drumb liebe sanf-
ten Muth/

Freundhöfliches Gemüth / der Warheit
größtes Gut.

Und fahre ferner fort/und richte deine Sinnen
Hin zu der Tugend-Schloß : so wirstu strahßen
können

Als wie der Hesperg am güldnen Himmels-dach/
Weit er der Flammen-schaar ihm ziehet hintē nach.

* l. continuus 137. §. cum ita 2. ff. de verb oblig.
C. statuimus dist. 61. l. 14. l. 23. in fin. C. de sent. &
inner locut. om. Jud. l. & si S. dem inf. de religios.
Vid. Zasius.

D. B. Pforch.

UT Sophiam, Richtere coli, sic perlege leges;
Juditis & Spartam Tu Themis alma dabis.

Amicissimo suo apposuit

Ludolph Clemens.

Was ist wol nützlic hers ben diesen rauhen
Zeiten!

Da sich die Laster - sucht pflegt heftig aufzu-
breiten,

Als wer sich/well der Lenz der jungen Jah-
re blüht

In Tugend / Wissenschaft / und andern
Künsten siehi?

Der sich getrost auff Gott / und sich selbst feste
gründet,

Und wo er siehet hin / Glück / Heyl / und Seegen
findet,

Der alles längsten schon / was andre hart be-
trübt,

Eh' es Ihn noch betrifft / verschmerzt und
aufgeübt.

Wann jene ihr en Trost nur setzen auf die Sachen
So gegenwärtig sind / was ihnen Much kan
machen /

Als Güter / Geld / und Pracht / und was das
mehr mog seyn.

Dafß sie / wenn es hinfällt / doch nur reist mit
sich ein.

Go

213

So weiss hingegen Er / viel besser zu obachten
Die kurze Lebens-Frist / weil stets darnach zu-
trachten/
Sein Geist bemühet ist / daß wie den süßen
Safft
Dem schönen Blumen-Heer / und vieler Blü-
ten Krafft
Die Steine säuget auf / in dem sie manche
Wälder
Durchstreicht / und durch fleucht / viel Wiesen /
Gärten / felder /
Er gleichfalls lese durch offt manches Buch
und Blat /
Und so in freyer Kunst / sich übe früh' und spät.
Drum trägt er endlich auch davon den Preis der
Ehren /
Kein Unglücks rauher wind / mag seinem Glück
ke wehren /
Weil ihn der Himmel selbst so hoch für andern
liebt'
Und Ihm für Meld und Hass / Glück / Schenkt und
Seegen giebt.
Was sag ich wol von dir / du Blum der Pierinnen /
Von deinem frischen Geist / und fein-beseelten
Sinnen /
Mein werther Richter iegt ? Auch du die Tuis-
gend liebst /
Ihr trachtest emsig nach / ja dich ihr ganz er-
giebst /

卷之四

214

Dich hat die Pallas schon in deinen ersten Jahren/
Da noch die Glieder zart / die Beine Knorpel
wahren/

Zu ihrem Dienst erwehlt': ja strack's von Ju-
gend an/

Sie dich als ihren Sohn sehr lieb und werth
gewann.

Drum laufte nur so fort / lauf wie du angefangen/
So kanstu dermaleins als wie ein Richter pran-
gen/

Und machen dich belobt. Seß' an! seß' ferner an!
So kommst du endlich hin wo man dich frönen kan.

Johannes Starcke von Nossen
ans Meissen.

Qui cupit eximiam studijs acquirere laudem,
Et tandem docti nomen habere viri.
Hunc nō illecebra stimulant aut sacra Vacuna,
Non Ven⁹ aut Bacchi pocta morantur eum.
Ducitur ergo tibi laudi perchare Sodalis,
Quod non desid a tempora perdis iners.
Sed sperni vita, ac pro Mansuetudine certas.
Sic pergens Judex doctior esse potes.

Hec paucula amico suo integerrimo
Condiscipulo Charissimo gratula-
bundus apponere voluit
Augustus Rudloff, Hal. Sax.

F I N I S.

65604

Mölln mit Noten


ULB Halle
007 397 542

3



VD 19





Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



Fortunante CHRISTO!
EXERCITATIONUM ETHICARUM
Ad Lib. IV. Ethic. Nicom. Arist.

SEXTA,

De
MANSUETUDI-
NE, & VIRTUTIBUS
HOMILETICIS RELIQUIS,

quam

PRÆSIDE,
On. FRIDERICO CAHLENO,
M.P.L.C. Gymnas I Hallenf. Rectore,
Præceptore suo fideli obseqvio jugi-
ter maciendo,
defendendam suscepturus est pro
virili suâ

C A S P A R U S Richfer/
Halla - Neagoræus

In Auditorio superiori

A.D. XIII. Februarij, A.R.O. cīc CLIX.

Prelo SALFELDIANO.